

**Disputationem inauguralem medicam de pollinctura / ... submittit Joh.
Fridericus Brebisius.**

Contributors

Brebis, Johann Friedrich, active 1695.
Vesti, Justus, 1651-1715.
Universität Erfurt.

Publication/Creation

Erfurti : Typis Georgii Henrici Müller, [1695]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dxsgszf2>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Q. D. T. O. M. F. F. Q. S.

DISPUTATIONEM INAUGURALEM MEDICAM

De

POLLINCTURA,

Consentiente

AMPLISSIMO ORDINE MEDICO

in

ELECTORALI GERANA,

P R Æ S I D E

Viro Nobilissimo, Excellentissimo & Experientissimo,

DN. JUSTO VESTI,

Med. Doct. Pathologiæ Profess. Publ. Ord.

Facult. Med. Assessore gravissimo,

Dn. Patrono ac Promotore suo summè observando,

PRO LICENTIA

Assumendi DOCTORIS GRADUM,

Publico Examini Eruditorum

submitit

JOH. FRIDERICUS BREBISIUS,

CURIENSIS,

IN AULA COLLEGII MAJORIS,

AD DIEM 30. APRILIS, St. Vet.

An. M.DC.XCV.

Horis Antemeridianis consuetis.

ERFURTI, TYPIS GEORGII HENRICI MÜLLERI.



Jesu Juva !

PROOEMIUM.

Nedicum non solummodo per certa remedia circa Hominis Santatis Conservationem & Restaurationem, verum quoq; circa hujus corpus exanime occupatum esse debere, hodiernum consuetudinis ratio, præsertim apud Magnates & personas Illustres expostulare videtur. Horum enim corpora ut à corruptione liberentur, & à putredine præserventur, variis aromatibus & balsamicis remediis condiri solent. Hanc igitur Pollincturam, quomodo debito modo institui debeat, impræsentiarum, locos speciminis inauguralis Eridorum disquisitioni placida subjicere, animum induxi meum, benignissimum Numen supplex venerans, ut in hoc negotio Gratia sua Spiritu mihi adesse, & ausibus meis clementissime exoptatissimum FELICITER addere velit !

THESIS I.



um secundum Platonem cognitio-
nem nominum excipiat rerum ipsarum
cognitio, ideo & jam in præsenti, quan-
tum propositi mei ratio permittet, Pollin-
ctura Etymologiam, Homonymiam &
Synonymiam consideraturus sum.

TH. II.

Pollinctura itaque, quoad Etymologiam, natales
suos secundum Autores Grammaticos debet Latinita-
tis civitati, & derivatur à verbo Latino Pollincio; unde
Pollinctura Germanis vocatur: Der Toden-Cörper Sal-
bung / oder Balsamirung.

TH. III.

Quoad Homonymiam, sumitur interdum pro bal-
samatione & pollinctura brutorum, avium, insectorum,
quæ nonnunquam ad centum, vel plures annos à corru-
ptione fuere conservata; Nonnunquam pro inunctio-
ne balsamorum, vel oleorum in morbis, v. gr. cum bal-
samo Anglicano simplici, vel completo, Embryonum in
corpore viventium, item in ludis Olympiacis & conse-
crationibus ad officium. Non raro quoque balsamatio
cum balsamicis siccis pulveribus in corporibus emortu-
is instituitur, quæ balsamatio *in via secca* dicitur, ad diffe-
rentiam alterius, quæ *in via humida* fieri solet. Strictè
verò hic sumitur pro balsamatione, seu Pollinctura cada-
verum humanorum cum diversis, iisq; balsamicis, spi-
rituosis & aromaticis ingredientibus & remediis, sive
siccâ, s. humida viâ instituatur. Mitto hīc, quæ adduci
possent alia; neque enim instituti mei est, longius hisce
immo-

202

immorari: Satis enim erit, receptâ significatione, no-
men hoc in Scholis Medicis usitatum esse ab institutione
hominum & usu temporis, prout ex Plauto demonstrari
potest. Synonymiam in modo allatis latere, cuivis ob-
vium esse puto.

TH. IV.

Definitur Pollinctura, quod sit Inunctio cadave-
ris humani cum Myrrha, Aloë, aliisque balsamicis & a-
romaticis spirituosis remediis, vel in forma sicca, vel
liquida instituta, ut cadavera à corruptione & putre-
dine diutius serventur immunia.

TH. V.

Inunctionem verò cadaveris humani formalem
dicimus rationem, siquidem ab hac excluditur illa inun-
ctio, quæ olim in Iudis Olympiacis apud Ethnicos à
provocantibus ad duellum instituebatur, ut ad conten-
tiones & pugnas eò alacriores essent; quin & ab ista, quæ
in agonizantibus exerceri solet. Ex his itaque specie-
bus diversis inunctionis triplicem statuere solent finem
Autores, nempè Physicum, seu Naturalem, deinde Poli-
ticum, seu Civilem, ac deniq; Mysticum, seu Spiritua-
lem.

TH. VI.

Circa igitur Pollincturam nostræ considerationis
varia perpendenda veniunt, nimirum: *Origo, Personæ, Re-
media, seu Materialia, Modus, Finis & denique Ratio.*

TH. VII.

Quod attinet Originem, hanc optimè nôrunt isti,
qui antiquitatum monumenta non fugitivô perlustrâ-
runt oculo. Plurimi in hoc consentiunt, quod Ægyptii

¶ præ aliis hunc morem observaverint in defunctorū corporibus, in primis os & oculos clauderint, fasciā strinxerint, capillos totonderint, corpus laverint, unguentisque unixerint, hincque delibutum linteis cadaver obvolverint, hōcque modō curatum sepulchro tradiderint. Hoc ipsum confirmare videtur *Plinius lib. 2. cap. 37.* inquiens: *Ægyptiis mos est, cadavera asservare medicata, i.e. uncta & condita aromatibus.* Ab Ægyptiis hanc artem didicerunt Ebræi, uti hoc patet ex Genes. Cap. 50. ubi Josephus servis suis Medicis præcepit, ut corpus defuncti parentis aromatibus condirent. Et hæc ipsa consuetudo mortuorum **Corpora balsamicis liquoribus inungendi** à Judæis ad Christianos delata fuit, ita, ut adhuc hodie per duret, & continuetur apud Christianos, præsertim apud Imperatores, Reges, Principes, aliosq; Magnates, quorum corpora exenterantur, & fragrantissimis aromatibus adimplentur.

TH. VIII.

Ordinis ratio insuper requirit, ut etiam personarum certarum mentio fiat, quibus præ aliis hicce inungendi honor exhibitus fuit; non enim indifferenter omnibus hominibus antehac familiaris erat, sed hīc honor solummodo spectabat ad eos, qui Regiō stemmate decorabantur, quique præ aliis spectabili ac iilustri præfulgebant honoris titulō. Præterea testantur Historici accuratiōres, hunc morem antiquitūs observatum fuisse semper, ut Nobilium corpora sepulchro tradenda, prius inungerentur, & tunc sepelirentur. Ita permulti asservantur Constantinopolitani Imperatores, item Caroli M. Corpus aromatisatum fuit; qui mos adeo invaluit apud viciniores, ut nullus termē de Principibus emortuis reperiatur, cuius corpus hodiè non balsamicis conditur.

TH. IX.

TH. IX.

593

2022

Media seu materialia quibus cadavera condiuntur, & à corruptione & putredine liberantur, varia eaque diversa tām à Veteribus, quām Neotericis præscripta prostant. Et quidem à Veteribus condiebantur corpora, præcipue: *Myrrbā, Aloë, denique iterum alii alias quoque addebat species, ut: Mel, cedrum, sal, ceram, bitumen & resinas nitrum opobalsamum, gypsum, etc.* uti referunt Historici, quod Aethiopes gypsō suos mortuos jam arefactos obduxerint. Neo terici eadem fermè Materialia eligerē solent, per multas tamen species & herbas, putredini resistentes, iisdem commiscent, vel ex his peculiarem eliciunt spiritum, solius cuius beneficō corpora quævis à corruptione præservari observantur, in quibus comparandis liquoribus præcipue Angli & Batavi curiositates suas demonstrārunt.

TH. X.

Modum quod concernit, horum dantur infiniti; Ita Rhæses describit sequentem. Primò vult, ut clysterizentur ejusmodi corpora medicamentis acutis & exsiccatibus, cum baurach sive, Salsugine colocynthide, additō multō sale, ipso corpore existente eretto, ita, ut venter comprimatur, & sic excermenta tum stercora egrediantur. Hoc factō, si expedit, aliud clysterium injiciatur ex aloē, myrrbā, acacia, galliā muscatā, alipta muscata, nuce cupressī, nuce myristicā, cinamomō, lignō aloës, santalis, crocō, alumine in acetō & aqua rosar dissolutis; Illud totum injiciatur in intestina: Deinde anus benè ligetur cum multiplici compressione ac fascia, ne liquor ille ultimus exeat: Postea corpus cum alkitrā, id est, pice nigrā liniatur. Deinde naribus, auribus & ori argentum vivum

vivum injiciatur: Sic enim custoditur, ne effluat cerebrum. Ultimò totum corpus sparadrapo factō ex pice nigra, resina, colophonia, tburè, mastice, storace, gumm, ar-rab, tragac. & pulvere jam in secundo clystere adducto involvatur, prius tamen brachiis, tibiisque per se involutis. Sparadrapum suatur diligenter, & suturæ cum pice obducantur; brachia quoq; circa latera deponantur, pedes secundū longitudinem disjunctim disponantur. Prius autem aspergatur totum corpus, ante sparadrapi applicationem, pulvere, ex quo secundus clyster est paratus, & loca vacua impleantur stupis involutis pulvere jam dictō. Insuper sparadrapum toris quoque pulvere sæpè dictō aspergatur, & iterum in aliò panno incerato involvatur totum corpus, & simul suatur, ut suprà. Deinde fasciis fortibus firmissimè ligetur, involvendo postremò totum corpus in syndone munda, & consuatur diligenter. Postea in capsacuprea aut plumbea asservetur benè oblinita & ferro ignito clausa, in qua capsā collificantur herbæ odoriferæ, sicut sunt: Rosæ, majorana, bal-samitba, mentha &c.

TH. XI.

Sequentem modum irtpote compendiosiorem, describunt nonnulli. Præparantur corpora mortuorum hōc ordine: Statim, cùm mortua fuerint, per ventrem aperiuntur, & viscera omnia extrahuntur, venterque pulvere superius dicto aut altero ejusdem virtutis & multâ quantitate salis ac cumini impletatur; venter rursus consuatur & involvatur sparadrapo, ut dictum est. Et si vis viscera custodi, illa bene lota & mundata, sale conspergantur, & in olla plumbea asserventur, atque in casam reponantur.

TH. XII.

Aliam modum, utpote reliquis magis convenientiorem pro pingvibus & ventricosis quondam celeberrimi Medici præscripserunt in Summo Pontifice Alexander Quinto, qui Bononiæ mortuus. Modus est talis: Primo præceperunt ministris, ut scinderent ventrem à scrobiculo cordis usque ad os pectinis, respiciendo tamen, ne intestina rumperentur. Deinde intestino recto ac duodeno ligatis & abscissis; extracta fuerunt intestina munda, absque fœtore. Hoc modo & hepar, splenem, renesque vasis interceptis ligatisque & incisis eximebant; omnibus in una capsula positis. Deinde ad peccus transeuntes pulmones cum corde & stomacho cum suis ligaculis & adhærentiis extraxerunt. Lingua etiam, sub Mento incisione factâ, exempta est cum trachea, sive aspera arteria. Deinde amoverunt arteriam aortam & venam cavam. Hoc completo, benè abstulerunt omnia spongiis immisis. Deinde humectarunt cavitates aquâ vitæ, ablutis tamen prius partibus omnibus diligenter. Ultimò omnibus ter quaterve spongiis abstysis, pulverem sequentem cavitatibus imposuerunt:

| | | | |
|-----|-------------------------|-------------------------|-----------------------------------|
| Rx. | <i>Myrræ</i> | <i>Gall. muscat.</i> | <i>Alumin. usq.</i> |
| | <i>Aloës caballinae</i> | <i>Alipt. muscat.</i> | <i>Sangu. draconis.</i> |
| | <i>Succotrine</i> | <i>Santalorum om̄n.</i> | <i>Bol. armén.</i> |
| | <i>Acacie</i> | <i>Lign. Aloës</i> | <i>Terr. sigill. ana.</i> |
| | <i>Nuc. cupress.</i> | <i>Cymis.</i> | <i>part. aequales M. F. Puto.</i> |

Semper tamen aliquid interpositum fuit de bombace & iterum de pulvere, usque dum totus venter repletus fuerit ac rursus à ministris consolutus. Tandem balsamum colliquatum cum albumine ovi, & bombace intinctum anno, intestino recto prius exempto, impositum fuit, item ori, naribus & auribus. Deinde sparadrapo ex cera & tere-

binthina confecto totum corpus fuit involutum : Tibiae, verò crura & brachia separatim. Intestina autem & alia viscera statim fuerunt sepulta. Facies ejus fuit lota cum aq. rosar, benè salita. Vid. Petr. de Argillata.

TH. XIII.

Hoc sequenti balsamico pulvere usus est Springius suo tempore magni nominis Medicus pro illustri Domina Jobanna de Burgundiā Domina de Gulenburch in Hoochstraten, Anno 1511.

| | | | |
|-----|-----------------------|----------------------------------|-------------------|
| R2. | Myrrha. | Galangæ. | Sandarac. |
| | aloes caballin. | Nuc. cypresſ. | Storac. calamite. |
| | alumin. roch. ana. | Olibani. | Ros. rub. |
| | lbij | Tburis. | Fl. Chamomill. |
| | Aloes succotrin. lbij | Mastich. ana. ſiliſſ. | Lavendul. |
| | Cumini. lbij | Xylo-aloes. | Anthof. |
| | Zedoar. lbfſſ. | Xylo-balsam. | H. Majoran. |
| | Sal. commun. lbijſſ. | Carpo-balsam. | Origan. |
| | Alijs. muscat. | Spic. nard. | Puleg. |
| | Galt. muscat. | Santalor. omnium ana. ſiliſſ. | Calamento. |
| | Garyophyll. | Acacia. | Meliff. |
| | Macis ana. ſj | Sangu. drac. | Menth. |
| | Cinnamom. | Boli arm. | Menthastr. ana. |
| | Camphor. | Terr. sigill. | M. iij. |
| | Nuc. musc. | | |

M. F. Pulv. cavitatibus internis & visceribus extractis adspergendus.

TH. XIV.

Cum Domina de Houte Kercke, Comitissa, filia Domini de Egmont, puerpera mortua esset Hagæ Comitum Anno 1582. die 9. Jan. à celebri quodam Medico, antequam Heurnius, Professor Lugdunensis Batavorum, qui simul erat vocatus, advenisset, pulvis balsamicus praescriptus est talis :

R2. Alo-

Rz. Aloes ℥ iiij.
Myrrb. ℥ iiij.
Absynth. commun. M. vij.
Rorismarin. M. iiij.
Cumini. ℥ iiij.

Sampfuch. ℥ iiiij.
Storac. calam. ʒij.
Trockis. alipt. muscat. ʒij.
Misc. F. Pulvis.

497 202

Corpus incitum, visceribus extractis & prius repurgatum, spongiis aq. frigid. immersis primū, postea aq. vitæ madefactis, bombace impletū est intinētā in aq. vitæ, intersperso præscripto pulvere, donec totum corpus secundum quasvis cavitates repletum fuit, quod consutum, ut moris est, cerato involutum est.

T H. XV.

In Corpore Serenissimi cujusdam Archi-Ducis Austriaci, factâ incisione, ut artis est, sequentia medicamenta pro conditura à Celebri Medico, Cornelio Buseo, Anno 1484. 10. die Julii præscripta sunt & adhibita.

Rz. Aloes succotrin. ℥ iij.
Myrrb. ℥ iiij.
H. Absynth. exsicc.
Rorismarin.
Menthæ.
Meathastr.
Salvie.
Lavendul.
Majoran.
Thym.

Origan. ana. M. ij.
Sem. Cumini. ℥ iiij.
Caryophyll.
Nuc. muscat. ana. ʒiiij.
Storac. calamit. ʒij.
Benzoin. ʒij.
Trockis alipt. muscat. ʒiiij.
Rad. Ireos. ʒiiij.
Calam. aromat. 3vj.

Contund. & F. Pulv. btiliss.

Item.

Rz. Fol. Lauri.
Menth.
Menthastr.
Serpill.
Absynth.

Rorismar.
Flor. ros rub.
Majoran.
Lavendul. ana. M. iiiij.

Coquantur in acet. fortissim. $\frac{1}{2}$ iij. ut vj. $\frac{1}{2}$ rem aaneant,
colaturæ addendo, Alumin. ij. & Sal. comm. $\frac{3}{4}$ vj.

TH. XVI.

Cæterum cadaver condiendum hoc modo præparari potest, sc. primo Ventrem cruciatim indicendo, ita tamen, ut umbilicus adhærescens integer alteri parti relinquatur, deinde intestina eximendo unâ cum stomacho, renibus, hepate ac splene; posthæc pectus aut per medium aut utrinque, ubi cartilaginosæ sunt partes, dividendo. Deinde viscera medii ventris, ut: Cor, pulmones, æsophagus ad radicem lingvæ abscindantur & auferantur. His ablatis corpus aquâ frigidâ bene ac diligenter lavetur & spongiis abstergatur, quæ ablutio aceto reiteretur, & ultimò cum aqua vitæ instituatur. His ordine absolutis, pulveres inspergantur, cum iisque carnes perfricentur, non secus, ac si caro suilla sale conditatur. Postea stupis aq. vitæ intinctis expressisque & pulveribus cavitates impleantur, venter consuatur cum pectoris cavitate. Ad caput simul condiendum quidam in vertice foramen faciendum esse volunt, ut isthinc cerebrum afferri possit, dein ordine, ut dictum est, lavatur calvaria, postea pulvere suprâ scripto & stupa adimpletur. Hinc totum corpus panno lineo involvendum calido, sejungendo singula membrâ, ut in Italia fieri solet, (quod à Patre meo sæpiùs audivi) ut datus digitum non attingat, postremò pice navalipannus illinitur.

TH. XVII.

Plures modos condiendi cadavera, apud venerandam antiquitatem usitatos, impresentiarum adducere supersedeo, brevitati studens. Quomodo Ægyptii corpora

202

pora condire soliti sint, vid. ap. Harodetum & Cælium, pag. 499
235. & 653. Agesilai cadaver cerâ conditum & Alexandri
M. cadaver melle illitum esse, inquit pag. 144. idem Cæ-
lius. Mesues capite de Aloe inquit: *A putredine vindicat,*
etiam cadavera preservat myrrhæ mixta. Ita ap. Jobann.
Evangelist. cap. 19. Nicodemus fecit misturam myrrhæ & a-
loes ad libras termè centum. Et ille ac Josepb. Arima-
tbiensis sumserunt corpus Iesu Salvatoris nostri & invol-
verunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Ju-
dæis sepelire.

TH. XVIII.

Tandem adnectere placuit conditaram Personæ
alicujus illustrissimæ, quæ paucis abhinc annis è vita de-
cessit, ad cuius corpus condiendum Genitor meus cum
aliis adhuc Medicis, eorumque ministris chirurgis, re-
quirebatur, cuique operationi ego simul interfui, cun-
cta que oculis meis usurpavi. Balsamicus pulvis para-
tus erat sequens:

R2. *Sal. Commun.* fl̄ vj.
Cumin. fl̄ 3.
Alöës caballin. fl̄ ij.
Vitriol. fl̄.
Myrrh.
Bol. arm. ana. fl̄.
Cortic. malor, aurant. 3v.

Flör, Chamomill, utriusque
Lavendel,
Anthos,
Herb, Majoran, thym,
Origan, absynth,
Puleg, rut,
Calamenth, Sabin,
Abrotani Salvia,
Meliss. menth, ana. m. v.

F. Pulv. pro conditura.

Antequam autem incisio fieret & pollinctura institue-
retur, vesperi circa horam nonam præsentibus omni-
bus consanguineis Illustrissimis & aliis ministris Aulicis,
priùs facta est adhortatio ad omnes, qui præsentes e-

rant, tum Medicos, tum Chirurgos, ut diligenter omnia
inspicerent, parentique meo testes essent de visceribus
læsis atque illæsis; apertè enim dixit pater meus, quod
causa mortis non tantum in genu affecto & arthridite
constiterit, sed potius provenerit ex affectu pulmonali.
Hilce præmonitis Chirurgus alter & senior, Medi-
cis jubentibus, incisionem peregit hoc modo: Inci-
sionem ventris fecit perlongitudinem, incipiens ab i-
psa mucronata pectoris cartilagine ad os pectinis us-
que; deinde per latitudinem, ita tamen, ne intestina alia-
que viscera læderentur & ut umbilicus adhærescens
integer alteri parti relinqueretur & ita inciso peritoneo
omnia viscera infimi ventris in conspectum veniebant,
hepar erat illæsum, ut palam videntibus ac consipienti-
bus constabat, neque scirrho, neq; apostemate neque in
flammatione erat infectum: Sic etiam lien, tum in-
testina bene se habebant & ventriculus similiter, nisi
quod is flaccidus esset, ut anteā erat prædictum, alioquin
nullum vitium conspiciebatur. His diligenter perspe-
ctis, jusserunt Medici chirurgos, ut eximerent intestina,
recto ac duodeno prius ligatis, more solito, deinde he-
par simul cum suis ligaculis, factâ decenti ligaturâ in lo-
cis debitissimis, eodem modo lienem & stomachum. Hæc
omnia viscera exempta ponebantur, prius conspersa pul-
vere condituræ suprà descripto, in capsula lignea, bene
pice internè & externè obducta, & terræ mandata fue-
runt. His ita repositis, renes inspexerunt & ut per me-
dium incidentur, mandaverunt & invenerunt eosdem
repletos fragmentis lapillorum, quos chirurgus in co-
pia extrahebat, eosque Syndone collectos ad Illustriss.
conjugem, ut & ipsa spectaret, miserunt. Deinde jusse-
runt pariter, ut Chirurgus transfiret ad thoracem, quo
aper-

205

aperto, statim fœtor horribilis apparuit, ex ipso pulmo-
ne corrupto prodiens, ut incubiculo præ fœtore vix per-
manere potuerimus: At pater meus sudariolum aceto
insuccatum ad nares cùm ligāsse, manuque arriperet i-
psum pulmonem, ac omnibus spectandum præberet, a-
deo putrefactus erat, ut levi compressione, per digitos
diffueret, exeunte materiâ corruptâ admodum puru-
lentâ & fœtidâ. Antequam autem compressione rum-
pebatur pulmo, in membrana peculiari hærebat pus vo-
micæ instar, qvæ maculis plumbeis, cœruleisque erat
confersa; sed cum eandem manu attigisset, perrupta
vomica, materiaque corrupta, fœtida, feculentaque ef-
fluebat, quæ præcipua mortis causa fuit, ut parens præ-
dixerat. Nam pulmo ita ulceratus, cùm in continuo
sit motu, Medicis omnibus id attestantibus, incurabilis.
Cumque præsentes omnes hanc corruptelam animad-
vertissent ac spectassent, pulmo per chirurgum præ-
missis ligaturis in vasis sanguifluis exenterabatur, &
pulvere conditæ quoque aspersus, in capsula prædi-
cta, in qua viscera reliqua erant posita, & ipse collocaba-
tur. Postea cor quoque eximebatur, arteriâ magnâ ac
venâ cavâ prius constrictis, ut crux interciperetur.
Cor autem magnum erat, multâ adhuc pinguedine ob-
sistum, robustum nec flaccidum, unde admiratu minus
dignum videbatur, illustrissimum hunc Dominum in
morbo Chronico tam diu vitam protraxisse. Hoc de-
inde in capsula plumbea, instar cordis figuræ parata,
molliter cum bombace, asperso undique pulvere, posi-
tum & terræ mandatum est. Postea, quia Illustriss.
Conjux injunxerat, ut etiam cerebrum inspicent Medi-
ci, illi jusserrunt Chirurgum ut pericranium simul cum
cute instar crucis dissinderet cultello rasoio, demum
ferrâ,

serrâ, ut in Anatomis fieri afolet, cranium sive calvariam aperiret, tunc incisâ durâ ac piâ matre, cerebrum albissimum invenerunt lactis instar omnino illæsum, humidum tamen, uti prædixerat Parens ex catarrho, quare in perso pulvere balsamico rursus superponebatur cranium, deinde partes pericranii cum cute filo duplicito & picato consutæ sunt. Interim in aures pro cerebri præservatione jusserunt Medici, ut Chirurgus infunderet argentum vivum, easdemque pice ac cerâ clauderet & obstrueret. Ultimò apertum est genu, quod inflatum erat, nullum tamen pus exibat, sed sanguis crassus & coagulatus, cum nigredine / sub fine in effluebat. Duravit hæc incisio à nona ad undecimam noctis horam. Quâ peractâ imperaverunt Medici, ut venter, abstersione præmissâ spongiâ acetô imbutâ, impleretur pulvere balsamico præscripto. Primò fiebat stratum ex pulvere, deinde ex stupa cannabinâ, demum pulvis iterum inspergebatur, donec undique essent repleta omnia. Eodem modo & pectoris cavitas repleta. Deinde filo duplicito & picato venter & pectus consuebantur, & applicabatur ceratum ex pice & terebinthina, ita quoque & super genu. Postremò totum corpus involvebatur sparadrapo, (quod confici jusserant Medici) additâ cerâ, terebinthinâ & pice cerati modo. Et ita imponebatur Illustris piè defunctus cistæ picatæ & plumbô interius circumductæ.

TH. XIX.

Stephan. Blanckardus, Duplicem modum condiendi cadavera describit, unum in via sicca, alterum in via humida, quibus ad aliquot centum annos à corruptione liberari poslunt, & quoniam modus minus pretiosus, ideo præ alijs commendandus erit.

TH. XX.

TH. XX.

Balsamatio in via humida sequenti modō instituitur: Salsugo præparatur, vel lixivium ex Salis marinis, & Aluminis anaticâ portione, cadaver expurgatum verò in lignea capsâ pice obducta collocatum prædicto lixivio immergitur, & conservatur per longum tempus; id quoque fieri potest cum Oleo cerebinthiæ. Postquam ergò cadaver cum Spiritu vini Rectificato probè adeo depuratum, & ita ablutum, ut Spiritus vini nullum sanguineum amplius obtineat colorem, tunc superfundendus erit Spiritus vini à Myrrba, succino, thure, mastice &c. abstractus, in quo possunt conservari quæcunque animalia, ut Serpentes, lacertæ, aves &c.

TH. XXI.

Ubi verò totum cadaver humanū balsamandum, sequentem modū præscribit: Prius per os & œsophagum aqua calida per siphonem injiciatur & quidem tam diu, donec aqua calida tam clara effluat, quemadmodum fuit immissa, similiter cum arteriis & venis ita procedatur; ultimò cum Spiritu vini iterum, quemadmodum cum aqua calida procedatur, & tunc superfundatur in loculo stanneo Spiritus vini, qui totum cadaver à corruptione præservare potest; & hæc de via humida dicta sunt.

TH. XXII.

In via sicca, præmissâ ablutione omnium partium cum aqua calida atque Spiritu vini, sumatur Spiritus therebinthiæ cum cerussa vel creta alba per mixtus,

C

atque

atque facies, manus & totum corpus eodem obducuntur, ne flavescent; collocetur tunc cadaver in supremo loco ædificii, arteriæ repleantur cerâ rubrâ, venæ verò cerâ nigrâ, ne cadaver tam citò exsiccatur, & ut membra atque partes continuò expandi possint, peractô hōc labore, cadaver aëri liberiori expoñitur, ut arefiat quadtenuus, facies atque manus, ut naturalem retineant colorem, cosmeticô aliquo obtucantur. Locô oculorum alii, ex vitro confecti, substituantur, genæ atque labia colore vivo rubro tingantur, ut ubique naturali & vivo corpori, quoad colorem adæquet.

TH. XXIII.

Corpore hōc modo mundatô, & ab omni humiditate liberato, totum quoad omnes partes interiores ac exterioros sequenti vernice inungatur: Rx. Aloes, therebinth. Mastich. ana. q. l. Misce hæc invicem soluta cum ceruſſa. Hisce ita peractis, arcæ ligneæ, ad præfervationem comparatae, mumia imponatur, ne ab omni aëris immundicie lædatur. Melius autem à corruptione tale corpus præservatur, si partes internæ corruptioni & putrefactioni facilè obnoxiae vel removeantur, vel certô modô condiantur. Ita cerebrum, si capit is cutis cruciali modo incidatur, & cranium dimidiâ parte ferrâ removeatur, facile corruptibile eximatur, in cuius locum, prius institutâ oblinitione cum vernice, varia fragranția aromata substituantur. Eodem ferè modô & in cavitate thoracis proceditur, atque in cavitate abdominis, locoque viscerum, cavitates fragrantibus, & corruptioni resistentibus balsamicis, & aromaticis speciebus replentur.

TH. XXIV.

TH. XXIV.

Si quis mūsculos vult à corruptione præservare, prius eosdem à suis membranis liberare, & aquā & Spīritu probè emundare debet, postea exsiccentur leniter ad tornacis calorem, deinde omni die oleo therebinthi-næ humectentur, donec musculosa caro tota irrorata sit, & tunc in pristinum locum reponantur. Hoc modo cadavera condita sive inuncta ad aliquot 100. annos ab omni corruptione immunia permanere posse, judicat supra allegatus *Blanckardus Tract. de Balsamatione cadaverum*, præsertim si aliquid de balsamo Copal superiori vernici addatur.

TH. XXV.

Mirandum proinde, quòd hic modus balsamandi corpora, utpote minus pretiosus reliquis, apud personas Illustres hodiernō tempore in Germania non familiaris sit, cùm brevissimo tempore talis opertio absolvi possit. Modus expurgandi pulmones, cor, intestina, aliaque viscera cum priori coincidit.

TH. XXVI.

Finis hujus Pollinctoriae diversus ab Autoribus statuitur; & quidem Ægyptii cultum hunc singularem cadaveribus tanquam animarum domiciliis exhibebant, quas immortales esse judicabant, ideo & maximā sollicitudine sale conspergebant ista, variisque aromatum & unguentorum generibus imbuta condiebant. Ap. Græcos hic cultus & honor solummodo iis exhibebatur, qui Regiō stemmate decorabantur, ac splendido præfulgebant titulō; hic enim feralis cultus sæpe ap. eosdem

suit Nobilitatis indicium, uti & adhuc hodie solummodo apud personas Illustres, Imperatores, Reges & Principes hic modus invaluit. Inunctionem etiam talem præprimis sacram Sacerdotibus & Prophetis ac Regibus solummodo competere, ex V. T. constat. Ita quoque inunctio ap. Judæos in conviviis erat consuetus mos, quoties enim convivas honoratores excipiebant, quos splendide tractare volebant, eos vel balsamum vel aliis fragrantibus unguentis perfundebant, ut hoc modo exhalarentur.

Th. XXVII.

Finis ergo principalis erit, ut à corruptione cadavera & à putredine diutius serventur immunia. Deinde, ut quorum corpora viva ob status sublimitatem magnificimus, eorundem quoque corpora defuncta reverenter habeamus, & ut ita condita sint cognatis, ad virtutes ipsorum imitandas monumenta & incitamenta. Denique ut istiusmodi unctura sit testimonium fidei de resurrectione mortuorum, & signum futuræ æternitatis.

Th. XXVIII.

Ultimò quoque subiectenda erit Ratio, quare ab eismodi balsamicis corpora emortua per nimis longum tempus & plura secula incorrupta persistere possint. Brevibus & absque ullis verborum ambagibus judico, quod aëris ad horam, immò momentum mutabilis, in porulos partium denegetur ingressus & inde oriunda con fermentatio, à qua, tanquam causa omnium alterationum, nihil potest relinqui intactum ac immutatum.

Balsa-

Balsamica ergò, ab aëris injuria præservantia, impediunt, & denegant ejusdem per corporis poros transitum, quo modō & omnis generis fructus ac poma ab eodem in vitris inclusa, in aqua frigida ab aëre munita, ad plures annos à corruptione liberari possunt. Plura in medium afferre possem ; sed quoniam in præsentiarum temporis ratio non permittit, & paginæ angustia prohibet , L. B. atque curiosum ulteriorem ansam disquirendi relinquo, simul contendens, ut, si curiosiora & meliora invenerit, Orbi Literario communicare velit, cui me totum mancipo, atque huic Disputatio- ni coronidem impono & Deo T. O. M. pro hac tenus sua concessa in studiis gratia, maximas ago gratias ;
cui sit Laus, Honor & Gloria in seundi-
terna secula !

COROLLARIA.

I.

UTi Jurisconsultus sine lege asserere quicquam erubescat: Sic & Medicus sine experientiâ & ratione.

II.

Ad Medicum perfectum non fo-
C 3 lum

Ium requiritur Scientia Artis Medi-
cæ, sed & Prudentia.

III.

Applicare proinde prudenter
medicamenta prō variâ ægrotorum
constitutione, & morbi conditione,
Medici est.

IV.

Aëris mutatio magnorum sæpè
morborum remedium est.

V.

Balsamatio seu Pollinætura Chi-
rurgo soli non committenda, sed sem-
per debet institui cum directorio Me-
dici. Non semel enim factum, quod
imperiti Chirurgi sternum &
thoracem securi ape-
ruerint.

BRE-

BREBISIUM præclarus Avus, Virtus- 809 200
que Parentis
Excitat, ut Cedrò dignos stimuletur
ad ausus:
Tyrigetum celebris quondam fuit il-
le Machaon:

Hic apud ingenuos excellit in Arte Variscos
Pœoniâ: genus antiquum commendat utrumq;
Nobile, Pannoniis quod derivatur ab oris:
Cum NOSTER tantis sit progenitoribus ortus,
Dedecus usque sibi putat, esse Parente minorem,
Dissimilem esse & Avis: Hinc summos ambit
honores,

Quos conferre brevi meditatur Apollo merenti:
His. precor, egregiis conatibus annuat Æther,
Famaque perpetuâ cum prosperitate sequatur.

awmχed.

GEORGIVS CHRISTOPHORVS PETRI
AB HARTENFELS,
Med. D. Sacri Palatii Cæs. Comes, Archiat. Ele-
ctoral. Mog. Consul & Physicus Erfurten-
sis, Fac. Med. p. t. Decanus, Senior.
P. P. P. L. C. &c.

Dum

Dum tractas, qua non solum gens rustica ne
scit,
Sed quoque qua doctos sapè latere solent,
Rem facis egregiam, plenis quam gloria velis.
Eximusque suā sponte sequetur bonos.

Paucis hisce
Nobili & Clarissimo
DN. DOCTOR ANDO
congratulatur
PRÆSES.

Extingutum, renovans certò medicamine,
corpus,
Sic præstas specimen, laudibus inde nites.
Cæpta beat nutu Numen ; Victosque Labores
Excipient tandem præmia larga ! precor !

*Nobili ac Clarissimo Domino JOHANNI FRIEDE-
RICO BREBISIO, hisce gratulatur & salu-
tem apparetur & Incolumitatem !*

JOANNES PHILIPPUS EYSEL,
Med. Doct. Anat. Chirurg. & Botan. Pro-
fess. Publ. & Assessor Ordinarius,
P. L. C.

